q3 credunt dn̄os pro quibus pugnam subintrant: et
patriam suam fouere iusticiam: ꝛ in extrauagant. fe
derici que incipit de iuramento a cāpionibus ꝓstan
do: nec est tamen duellum statim permittendum: sed
cum aliter veritas patefieri non potest ne deum tem
tare iudicemur: non eius voluntatem excutere: dicto
c. monomachiam: ꝛ hoc vbi est3 diffamatio ꝛ discor
dia iam suborta: nam l3 esset dubium nō suborta dis
cordia non liceret alicui duellum ꝓuocare: ꝛ debent
esse pares duellantes seu prouocantes ad duellū: ne
minor velit maiori adequari. Item hoc vbi vertitur
graue preiudicium reipublice nam non ex omni cau
sa leui liceret: quia esset etiam temtare deum: et hoc
vbi non esset strepitus iudicij electꝰ al' videns se sem
per succumbere posset petere viam duellādi quod eē
absurdum: sed duellantibus ingredientibus zelo iu
sticie pro erudienda dei volūtate occulta: ꝛ sub ipsiꝰ
dei iudicio quis diceret aut crederet ut deum nō ha
beant tunc iuste iudicantem ꝛ parti iustiorem causā
habenti adherentem: cum scriptum sit si duo plures
ne conuenerunt in nomine meo ego in medio eoru3
sum. xxiij. q. j. alienus. §. si autem agitur. credo q3 in
hoc sacrilego scismate vbi nō poterat per viam iusti
cie haberi cognitio veritatis ꝛ vertebatur: tamē sum

mū totius christianitatis periculum qd̄ licuisset per
sortes aut duello īter pares dirimere positis duobꝰ
quēlibet a pte sua l3 honestior ꝛ sanctior fuisset renū
ciationis aut cessiōis via ꝓ bono pacis adinuēta quā
non iudico hereticam aut insanam vt aliq̄ asserebāt
ꝓpter ipsa3 non subire quinīmo potius orthodoxā
ꝛ fidelē: vt in. c. j. de renun. lib. vj. l3 mīn ypocrizātes
vt obtinerēt pontificatus fastigiū haberēt in ore plu
rimū: sed post adeptu3 soliū presulatus apostolatus
in intellectu ē in intentione minimu3: cū ergo romani
superiore3 nisi deū non recognoscerent certarētq3 an
te legem euangelicam de īperio obtinendo. Na3 sm̄
augustinū. v. de ciuitate dei romanos ad facta miran
da compulit: quia imperare videbatur eius gloriosū
seruire non ingloriosum: pro quo imperiū maximu3
erat dubiu3 quis preelectꝰ a deo foret vt preeminēs
ꝛ minister super quibus cum iudex non esset qui in
ter romanos ꝛ cum ipsis de imperio dimicantibꝰ iu
dicium interponeret licite ꝛ iuste diuinam volunta
tem certaminibus ꝛ duellis exquisierunt vt iuribus
antedictis cum pro eruenda veritate ꝛ iusticia mani
festanda fecerunt in quibus cum obtinuerunt volū
tate diuina obtinuerūt: ꝛ sic iuste. xxiij. q. v. dixit do
minus. xxiij. q. viij. occidit. cum succumbentes fuerūt
habiti ꝓ confessis de pace tene. c. j. ꝛ ibi glo. ꝛ hoc si
ue certamen fuit duorum vel trium siue pluriū: ꝛ vni
uersale: nam cum in duello ꝛ pugna singulari deꝰ eē
credatur duellantibus ꝛ plurium suscipientibꝰ amo
re iusticie ꝛ veritatis occulte ꝓpalande recte iudex ꝛ
arbiter quanto mangis credendum est deum iudicē
esse nisi bello dimicatur vniuersali. ar. l. que de tota.
de rei vendi. ꝛ. l. qui scit. in prin. ff. de vsur. ꝛ q3 in cer
taminibꝰ ꝛ duellis ꝛ imperio suppositis romani cer
tando ꝛ duellando preualuerunt: palam est: nam cū
gregis romani athelizantibus pro imperio pirocan
darum rege pro ipsis veniente fabricio pro romanis
post tarantinu3 bellū romanorum felix ꝛ superior victo
ria fuit: ꝛ q3 de imperij solum preminentia bella gere
rēt non alia ambitione insinuant verba ipsius pirri:
que refert tulius in libro primo officiorum oratoribus
romanis dicta dum captiuos suos auro a pirro que
rerent redimere inquit enim dono accipite: nam nō
auro belligeremꝰ: sed ferro vitā tractamus: vtrq3 nos
ne me velit regnare hera. i. fortuna quid ne ferat sors
virtute experiamur hera3 pirrꝰ fortunā noīabat quā
nos recti dei ꝓuidentiā appellamus supmum etiā vi
ctorie brauium in oībus bellis punicis romani obti
nuerunt: nā l3 in prima varia sepiꝰ sors fuisset: ꝛ nūq3
terra ꝛ mari peiꝰ res magis ꝓspere in se fuerūt infeli
ci tm̄ ipsorum affricanorum fine īminatꝰ sunt ꝛ idē ī scōo
scipione affricano exn̄te ꝓ romanis hanibale do pro
carthaginēsibꝰ filr̄ ꝛ tertio cū altero scipiōe affri. suc
cubuerūt: ꝛ tandē carthago deleta in duellis etiā ob
tinuerūt: nā cū diu de īperio cū albanis decertassēt q̄
ex eodē stipite ꝓfecti erāt: tādē de vtriusq3 gētis con
sensu cōi per tres oracios hinc inde per tres curacios
dimicatum est ꝛ dei iudicium conquisitum interfe
ctisq3 iam duobus oraciis ex parte romanorum posi
tis tertius germanꝰ oracius omnes tres curacios ex
parte albanorum positos miraculose superauit: qua
de re albam sub hostilio romanorum rege venerunt
ꝛ idē fuit cū finitimis plibꝰ vt cu3 sabinis ꝛ aliis: ꝛ pꝰ
mltas ꝛ varias diuersarū gētiū debellatiōes: ut. s. assi
riorum gallorum punicorum: quas referre etiam sue
cincte prolixum minus foret orbis vniuersum domi
niū nacti sunt vt īquit scriba christi lucas euāgelicꝰ
dū dicit: Exijt edictū a cesare augusto vt describeret

vniuersus orbis. Unde ex praedictis omnibus manifeste deprehendit dei iudicio romanos orbis vniuersi principatū subiugasse: ꝛ sic iuste rationibus antedictis qđ nulli mortaliū ab orbe condito amplius contigit. vnde Augustinus. v. de ciuitate dei dicit: ꝙ cū diu fuissent regna orientis illustria voluit ꝛ deus occidentale fieri illustre: ꝙ licet tempore esset posterius imperii magnitudie ꝛ latitudine fuit illustrius ꝛ imperiū: hoc vero nō humanis viribus aut incertis casib⁹ sed ineffabilibus misteriis ꝛ ꝓfundissimis dei iudiciis dispositū fuit: ut inquit Oracius in secūdo. Feliz ergo romanorū genus dei iudicio meruit aliis antepositi nationibus. C. de iusti. codi. cōfir. l. j. O ineffabilis sapientia ꝙ̄ inscrutabilia sunt iudicia tua: quomodo nō cognoscit igit deum voluisse orbis vniuersi dñiuz esse apud romanos: cū foret necesse ad substituendū ꝛ puniēdū peccatū Ade qui fuit dñs vniuerse terre Genesis. ij°. ca. ꝛ. xxxiij. q. v. hec imago. ut esset aliter successor dñs vniuersi: sub quo peccatuz illo punitione ordinaria deleref: cū inferiores superiorē arguere nō possent aut iudicare. ij. q. vij. petrus. ꝛ per totā illam qōem. facit. l. nam ꝛ magistratus. ff. de arbi. igitur opus fuit Ade primo parenti priuato dñio illud alteri cōferri: qui successor in eodē dñio peccatū ꝑdecessoris priuato dñio ꝯgnosceret ꝛ puniret. xxiiij. q. j. achacius. vbi successor pape de heresi predecessorem iudicare potest: ꝛ idem vniuersale conciliū sed non alter. Et hec est ratio cur xp̄us in quo punituz est peccatū Ade: de sū. tri. c. firmit. voluit a pontio pilato iudicari nō a iudeis uel herode: qꝛ pilat⁹ erat ꝑses tiberij principis vniuersi: ꝛ qui successor Ade ꝑmo parente iuste poterat eius scelerata contra deū delicta cōmissa dānare. Naz alij nō fuissent iudices: ꝛ sic punitionē inferre nō potuissent. Hec est eciaz ratio quare nō alio tempore xp̄us descendit ꝛ incoronatus est cum nullus ante romanos orbis vniuersi nactus fuerit dñium: sub quibus potuisset xp̄us iudicari: ꝛ peccatū primi parentis deleri ꝛ puniri. Taceāt ergo qui non intelligunt dei ista misteria tam secreta ꝛ approbent romanū imperiū cum profundissimis dei iudiciis cōprobatum. Anto. rosel.

Ars ista ꝙ sit vera sic ostendit. Illa bella sunt iusta q̄ vlciscunt iniurias: si gens uł ciuitas plectenda est: uel que vēdicare neglexerit: qđ a suis improbe factum est uel reddere qđ iniuria ablatuz est. xxiij. q. ij. dñs. talia enim fuerūt romana bella: ꝛ ꝓpter hoc roma orbem terrarū sibi subiecit. Naz ut inquit Augustinus. v. de ciuitate dei: voluit eniz deus romanū regnū esse tam potens ꝛ imperiosuz ad domāda multa ꝛ grauia mala multarū gentiuz: pro hoc: qꝛ omnis actus punitiuus maloꝝ sit a deo: cum scriptum sit: mihi vindictā ꝛ ego retribuam. ad Hebreos. x. ꝛ ad Romanos. xij. ꝛ hoc facit deus uel imediate per se: ut in prima creatione mūdi: cuz ipse punivit Caym ꝛ lamech Genes. iiij. ꝛ. ij. ca. ꝛ not. Inno. de fo. cōpe. licet. excepto per ꝓprios ministros. Unde regibus ꝛ principibus datus est a deo gladius ad vindictā maloꝝ: laudem vero bonoꝝ: de maio. ꝛ obed. c. solite. xj. q. vij. §. item cū dauid. sed ut ostēdit ipse per signa ceteros in ministros preelegit romanos: ut orbem regerēt terrarū: ꝛ mala punirent ꝛ vindicarēt: ꝛ sic iuste apud eos iura posita sunt dñii: cum hac de re nō belli fautores aut ductores dici debeant sed potius dei ministri. xxiij. q. ij. dñs. in fi. Et hec est ratio quare filij israbel licite pugnabant ꝛ spoliabant terras Amorreoꝝ ꝛ aliorū: quia in hoc dei ministri erāt: pro hoc. xxiij. q. j. paratus. Nam illa bella sine beniuolentia nō gerunt q̄ sunt ut ad pietatē iusticieꝗ societatē victis facilius consulat. Nam cui licētia iniquitatis eripit: vtilius vincit: qm̄ nil est infelicius felicitate peccantiuz que penalis nutrit impunitas ꝛ mala voluntas velut interior hostis roborat. dicto. c. paratus.

De pōt naturaliter ostēdi: homo dicit minor mūdus: ꝛ sicut sit gubernatio in paruo mūdo: sic in toto vniuersali similitudinarie: ut dicit phs. viij. phicorū. ꝛ probat de cōse. di. iiij. c. est vnitas. sed in regimine vnius indiuidui corporis naturalis cōstat ꝙ vbi nullus est humoꝝ excessus nulla ē rebellio repugnans: nulla distractio cōseruationiz naturali ꝛ directioni. vbi autē est humoꝝ excessus propter inordinatū forte regimen: tunc pugna est nature tendētis in ꝯseruationē. cū excessibus tēdentibus in destructionē: ut aliqñ sufficiat naturalis potentia ad correptiōz repugnātie expellēdo ipsos humores malorū de corpore: dicto. c. est vnitas. Et aliqñ ꝓpter excessuz morbi: natura est per se impotēs: ꝛ tunc opus ē adiutorio extrinseco ut medicamine sapiētis: qui exhortator nature ministrando ꝯgrua ad expulsionem morbi ipsius nature ampliator existat: sic in magno ē mundo. Nam aliqñ in climatibus eius nullus est rebellū excessus: ꝛ tunc nō est pugna sed tendit solum natura ad mūdi cōseruationē: qđ est in pace ꝛ tranqllitate viuere vt: in prohemio decretalium. Aliqñ est rebellis excessus ꝛ discordia: tendentiū in destructionē: ꝛ tunc est opus medicamine: ut in dicto ꝓhemio decretaliū: ꝛ hoc fieri potest: uł ab ipsa natura reducēte rem ad debitos terminos sedādo rebelles: ut videmus interdū ꝙ orta seditione vicinitate: ꝛ sic morbo exorto ipsi inuicez eoꝝ prudētia recōciliant. Aliqñ ē tantus excessus rebelliuz qđ nō pōt natura: tunc opus est medicamīe rebellico: ut expulsis rebellibus reuertat ad pristinā sanitatē. vnde merito deus qui est oīum creator ꝛ medic⁹ vniuersi: de sum. tri. c. j. de peni. di. iij. c. adhuc multū. de cōse. di. ij. c. ꝛ sancta. adhibuit romanos ministros ꝛ medicos ad domāda multa ꝛ grauia mala multaꝝ gentiū ſm ꝑcedentē sniaz Augustini: ut hoiez ꝛ mundū magnū in pace et societate seruarēt. vñ recte ꝛ iure deo ꝑmittēte ꝛ natura romani cōsecuti sunt orbis imperiū ꝛ vl'am pacē mūdo dederūt. vnde ꝑmus Augustus adepto mūdo clausit sacraria Jani qđ templū erat stans apertū ad bellū: ꝛ hꝰ ꝓfecto bella iusta fuerunt que deus imparit: qui nouit qđ cuiq̄ fieri debuit: in quo ductor exercitus: uł ipse romanus populus nō tam auctor belli q̄ minister iudicādus est. xxiij. q. ij. dñs. Anto. rosel.

Ure vo gentiū ꝙ obtinuerunt romani orbis magr̄atū ꝛ dñiuz pōt ondi. Nā postq̄ iure seculi inuēta fuit dñioꝝ acq̄sitio. viij. di. quo iure. ꝛ. l. hꝰ iure. cū iuribus omībus supra multotiens allegatis: per reges ꝛ principes gētium: quibus medientibus iure gentiuz ꝛ seculi deus distribuit generi humano. d. c. quo iure. statuni fuit ut q̄ bello capiebant obtinētiū fierēt. Itē ꝛ iure postliminij sunt inducta: ut. l. nāles. §. fi. ꝛ. l. trāsfuga. ff. de acq̄. re. do. ꝛ de acq̄. pos. l. j. §. di. ius gentiū. ꝛ. c. ius militare. xxiij. q. v. dicat. ff. de iust. ꝛ iu. l. omnis. ff. de cap. l. si captiuus. §. expulsis. ꝛ. l. postliminiū est ius. ꝛ cōis hec lex fuit iure gentiū nō tam romano ꝑplo q̄ hostibus. Naz ita romani capti essꝰ

ciebant serui capiētiū. sic ecōuerso ⁊ bona romanoꝝ capta hostiū dn̄io acquirebant: cū dn̄ia que iure gē tiū cōstituunt̄ pereque oībus hoībus cōpetant. Nā ius ipsuꝫ gentiū ortū habuit cū humano genere ⁊ ipi inest naliter: ideo interdū a iure ius gentiuꝫ naturale nuncupat̄. ff. de acqui. re. dom. l. j. ꝫ cum romani vir tutibus bellis ⁊ armis obtinuerūt orbeꝫ terraꝝ: ergo iuste iure gentiū distinctio a iure diuino: ⁊ qꝛ ius gē tiū a deo est cōprobatū. viij. di. quo iure. vniuersaꝫ iu risditionē ⁊ orbis dn̄iuꝫ sunt bellando adepti: maxie iulius cesar primus: ut de ipso luci⁹ florus inqt in qr to libro dicens: Nō inuitis ciuibus oēs in vnū prin cipem cōgesti sunt certa templa imagines in theatro distracta corona suggestus in curia fastigiū in domo mensis inceso ad hec pater patrie perpetuus dictator nō igit̄ hic titulus grate patrie mōstrat cesareꝫ fuisse tyrannū nec clemētis eius: quia in hostes ⁊ ꝓximos visus est: sed cū omni solēnitate iuridice tenuit prin cipatū ⁊ inuidia non iure sed iniuste occisus est a qui rentibus ꝓpriū priuatū ipsorū augere magistratuꝫ: q̄ tū oēs tandē infra triennū mala morte perierūt oēs excitatores rursus ciuilis belli ac occisores patris pa trie. vnde Policratus. viij. libro inquit: Julius cesar primus vrbem prudētie ac regi militaribus iuribus acquisitus ⁊ notes ⁊ alia eius aucte. ꝯ in contrarium enarrata in vltio argumēto partis ꝯtrarie Policrat⁹ nō dixit tyrānū cesarē: ꝫ dixit ipsū tyrannū reputatū.

DE post sic ostēdi. Naꝫ romani aut bona mobilia q̄ ab ho stibus fuerāt capta recuperauerunt quoꝝ dn̄ia per capturā factā ab ho stibus perdiderāt: aut hostiuꝫ bona ꝓpria mobilia uel īmobilia primuꝫ obtinuerūt. Siquidē recuperauerunt res ꝓprias uel federatoꝝ ⁊ collegiatoꝝ suoꝝ: ⁊ hec recuperare potue runt duobus modis aut redēptiōibus: qꝛ ab aliquo sunt redempta pecūia: uel qꝛ a militibus romanis de hostiū manibus recuperata sunt. Et si quidē si redē pta sunt pecunia: quid dubitat qꝛ si fuit ab hostib⁹ li ber homo redēptus qꝛ iure postliminiꝫ pristinā recu perat libertatē: ut. l. postliminiū est ius. de cap. debet tū esse loco pignoris redimenti ut seruus donec resti tuat preciū quo redēptus est. l. fi. C. de capti. ⁊ si alia res nō homo liber fuit redēptus: ⁊ tunc aut redimēs redemit noīe dn̄i cuius erat: aut noīe ꝓprio. Si noīe dn̄i: tunc si erant plures dn̄i ⁊ noīe oīuꝫ facta est redē ptio ad oēs dn̄ium statum reuersiꝫ est. l. in bello §. si seru⁹ pluriū. de capti. Sed si nō omniū dn̄oꝝ ꝫ vni⁹ tm̄ noīe facta est redēptio pro parte illius dn̄i dn̄ium sue ptis reuertit̄: ⁊ cetere partes manent penes redi mentes prius: priores tn̄ dn̄i possent offerre precium ut statim dicā. Si v̄o erat vnus ⁊ eius noīe fit redem ptio: statim dn̄iuꝫ reacquirit qꝺ perdiderat. l. postli miniū. de capti. ⁊ iuribus. ꝯ. allat̄. Si vero redimēs nō redemit noīe dn̄i: tunc si facit ignorans fuisse alie nā ⁊ ab hostibus captā redimēdo suā facit: sed ab eo qui fuit prior dn̄s ⁊ ab hostibus spoliatus infra triē niū potest fieri oblatio precij quo redemit: ⁊ ei tūc te net̄ eā restituere: dicto. §. si seruus. Et si enī sciēs ali enā fuisse: ꝫ redimēdo suaꝫ faciat tn̄ quācunqꝫ prior spoliatus dn̄s offerre pōt preciū rei ⁊ restituere tene tur: ut dictis iuribus. ꝑdicta tn̄ sunt vera preterq̄ si il le res ab hostibus capte nō fuerint a perdētibus tur piter deperdite. nam tūc nō esset ius postliminij. l. ij. de capti. ⁊ l. iij. ⁊ hoc no. glo. j. di. ius gentiū. in glo. postliminiuꝫ. vnde si federati ppli romani in aliquo bello eoꝝ tristicia ꝑdidissent fortilicia ⁊ castra: et de

mū a romanis fuissent recuperata pecūia: uel aliter nō fuissent prioribus dn̄is restituenda ꝫ fuissent ro mani populi. Itē predicta beneficia non cōpeterissent his qui transfugissent: nā fuerūt in numero hostiū. l. postliminiū. §. transfugas. Et ideo si vnus militū ꝑdi disset primū bona: ⁊ demuꝫ ad hostes trāsfugisset: ut faciūt quondie mali stipendiarij: ⁊ demū facta pace reuerteret̄: ⁊ forte aliq̄ sua bona inueniret ab aliquo redēpta que ipse vellet redimere offerēdo preciū illi qui redemit nō esset audiēdus. Interdū romani non redēptione ꝫ per vim capta recuperauerūt: ⁊ tūc si nō erāt adhuc recuperata ducta per hostes in ꝑsidia cer tus dn̄us qui amiserat recuperat qꝛ ia nunq̄ dn̄ium amisit. Naꝫ nō dicunt̄ capta nisi cū ducta sunt in ho stiū presidia: ut. l. postliminiū. de capti. que verba sūt notāda: qꝛ etiā si talis dn̄s amisisset possessionē illi⁹ rei sua desidia uel tristicia: q̄ si fuisset recuꝑata post q̄ fuisset ducta in hostium presidia nō debuisset ipsi reddi. l. ij. ⁊. iij. de capti. ⁊. ꝯ. dixi. nunc tn̄ restitueret̄ qꝛ nondū eius amiserat dn̄ium ꝫ possessionē sic. ⁊ idē si aliquo dormiēte fortiliciū mala custodia eēt captū ⁊ anteq̄ ꝑfecte victū esset amici perdētis recuparent debet ei dimitti dn̄o: ꝫ si idē esset totalr perditū ⁊ recu peraret̄ nō esset restituēduꝫ ut dixi. Si v̄o ducta iam erant intra ꝑsidia hostiū: ⁊ sic hostibus dn̄ia quesita ⁊ a romanis perdita erant rerū dn̄ia: ut. l. postlimini um. §. in pace. de captiuis. tunc siue recuperentur ca pta ab hostibus in bello vel circa bellum quocūqꝫ tē pore recuperent̄ siue in pace uel q̄uocunqꝫ sunt pri mis dn̄is iure postliminij mobilia uel īmobilia resti tuēda: ut. l. postliminij. ⁊. l. postliminiū ē ius. de cap. ⁊. l. siquid bella. ⁊. l. si captiu⁹. §. j. fallit nisi dn̄i ꝑores qui petunt ab his qui recuperauerūt sibi restitui illa perdiderūt eoꝝ tristicia: ut dictis iuribus. Et idem si fuit effectus primo perdēs transfuga: ut dixi. ꝯ. Ideꝫ si essent cōtra pacis federa uel treuge recuperata non restituunt̄ priori dn̄o: qꝛ nō habꝫ in his ius postlimi nij locū: ut dicta. l. in bello. Ex quibus pateꝫ qꝛ siue per recuperationē siue per redemptionē romāi bona ab hostibus capta recuperauerūt qꝛ illa iure sui iure gē tiū iuste fecerūt. Si vero bona hostiū mobilia uł īm mobilia ceperūt etiā iuste eodem iure gentiū sui iure romani fecerūt. Naꝫ īmobilia requirunt̄ reipublice occupantiū. mobilia vero sunt ipsoꝝ militū. l. si capti uus. §. j. ⁊. l. siquid bello. ⁊ iuribus in ꝓximo argumē to allat̄. ⁊ hoc qn̄ sp̄alia bona īmobilia ⁊ mobilia ca pta a romanis fuerūt. vbi aūt hostes venerūt vłiter in manibus romanoꝝ occupate forte uel federatiōe uel aliter tunc transiuerūt sub romanoꝝ iurisditiōe ⁊ vni uersali dn̄io ⁊ federatiōe romani populi: sed ꝑticula ria dn̄ia mobiliū uel īmobiliū nō erant occupantiuꝫ sed apud ipsos deuictos hostes remanebāt: ut no. Ja co. de belui. in aut. de here. ⁊ fal. in prin. ī tertia opp. qꝺ refert bar. ff. de iur. fis. l. diuus. facit. l. j. C. de offi. ꝑfe. ꝑto. afri. Nā ipsi sic capti vłiter efficiebant̄ de ro mano pp̄lo ⁊ eoꝝ bona ⁊ ꝓpriā libertatē retinebāt. A. hostes. de cap. ꝫ qn̄qꝫ rōe suspicōis deuictos romani traberēt de ꝓprijs ꝓuincijs: ⁊ in Italiā ducebāt: lati niqꝫ vocabant̄: qui tn̄ alienare poterāt bonaqꝫ in ꝓ uincijs habebāt: ut̄ not. in. l. j. C. de lati. liber. toł. ⁊. J. certa forma. C. de iur. fis. l. ij. x. Qꝫ vero dixi occupanti bus militibus bona mobilia cōcedi: intelligendū ēēt sane: ⁊ ut ipsi presentēt ipsa mobilia duci belli qui di stribuat inter fortissimos pugnatores. xxiij. q. v. di cat aliq̄s. j. di. ius militare. in glo ꝑncipis ⁊ in tex. ⁊. v. stipēdia. ⁊ ut. v. itē prede. debꝫ tn̄ dux etiā illis distri buere qui remāserūt ad cāpū ⁊ salinas custodienduꝫ

ut sūt hodie illi qui remanent vel apud vexilla vel cū carriagio et debet p se capitaneus retinere pauitias quas nos caposoldos noiamus de quibus suis seruitoribus debent distribuere ut habet p̄mo Regū.xxx.ca. Cum ergo ad ppositum aut romana bona ppria rediuerūt: aut recupauerūt ante ablata et iure postliminij iterū sua fecerunt sm q vult Innocē. de voto et vo.redēptio.c.q super his.vel bona hostiū occupauerūt et illa etiā iure gentiū vel sub sua iurisditione vel dn̄io acquisierūt. vnde merito iure gentiū iuste nacti sunt orbis vniuersale dominiū p iura predicta sic plixe deducta ut omnibus innotescat. Quid fiendū de rebus in bello obtentis.

D adiuuanda p̄dicta facit: nam cū romani in eorū territorijs ab hostibus turbarent potuerūt iuste statuere ut singuli capti efficerentur serui vel sub sua iurisditione. nā sic captis hostibus potuissent ratione illate violentie ipsos ad mortem damnare naturaliter qd est plus: ut.C. vbi de cri.agi opor.auc.qua in puincia. quanto magis ad ciuilē seruitutē poterant eos damnare velut essent sub eorū iurisditione. et hoc est qd sentit Inno. de iureiuran.c.sicut.vñ hostibus a romanis victis dicta.l.precedente vel deinde secuta. que.l.facta fuit ut.l.si qd in bello.et.l.in bello de cap. iuste fuerunt sub romano populo. Quinimo amplius arbitror qd cū roma nō haberet superiorem nisi deum et similiter eius hostes q bello in dicto romanis vel ipsis romanis indicentibus alteri absq aliqua lege precedente vel secuta que ibidē capta fuerūt effecta sunt capientiū vel sub eorū iurisditione: qz hoc est inductū de iure gentiū.l.naturales.§.fi. de acqui.re.do. et.l.ex hoc iure. de iusti. et iure. licet aliter sentiat Inno. ut dicto.c.sicut. sed illud dictū Inno. debet itelligi qñ bellantes habēt superiorem ut capta in tali bello nō sint capientiū nisi tali precedente constitutiōe vel secuta. hodie tñ credo in hoc attendi armorū consuetudines Nam consuetudines et mores iure gentiū et ciuiles induxit seruitutē postliminiū: ita hodie ritū et morē aliū potest inducere noua consuetudo loci vel municipij ut.l.iij.§.siquid lex.ff. de sepul.vio.l. de quibus. ff. de legi. et.l.ij.que sit longa consuetudo. et io hodie qui capiunt consuetudine nō fiunt serui sed habent aliū ritum et morem qui vtiq seruandus est. Et io cū consuetudo sit hodie q stipendiarij etiā qui sūt apte iuste bellantes nō puniant ut predones: dicam ut predones nō puniant a iudicibus nō posse nec debere puniri cū in talibus debeat attendi consuetudo. Sed cū romanorū tempore essent cōsuetudines ante dicte igitur iuste romani acquisierūt orbis imperiū omni iure tā diuino qz nāli vel gentiū vel ciuili inspecto.

Preterea p̄ncipari p ciuilem potentiā est p̄ncipari seruis.p virtutē vō est p̄ncipari volentibus et liberis: ut est tex.in.c.ea vindicta in fi.xxiij.q.iiij. et hec vltima melior ut inquit phs.vij.politicorū. et pbat i.l.j.C. de offi.pfec.pto.afri. Sz p̄ncipari virtutibus solis romanis fuit et nō alijs ergo iuste i eos fuit imperiū. Nam sm Salustiū in catellinario in pace beneficijs magis qz timore imperiū gubernabāt et accepta iniuria potius parcē qz psequi volebant: igitur domi boni mores et militie celebrant cōcordia maxima minima auaricia erat ius bonū qd apud eos nō magis legibus qz nā valebat. Ciues cū ciuibus de v̄tute certabāt in sacrificijs deorū magnifici domi tēpati i amicos fideles erāt. vñ Quintilliā⁹ in libro de cāus sequit: Si existemus romanū imperium nōnullos prefecit gentiū multitudo maior est qz ceteris gentibus. Aut maiora corpora qz cimbris aut maiores diuitie qz diuitijs regijs aur cōtēptus mortis facilior qz pluribus barbaris causam vite nō habentibus sed romanos principes fecit seueritas legū ordo militie amor libertatis pluraq moribus qz viribus vicerūt. vnde synodus in quadā epistola inquit: Roma est domiciliū legum studiūz nostrarū firmamentū mundi curia dignitatis patria libertatis. Ex quibus deprehendit q sub romano populo vniuersis orbis virtutibus regebatur. vnde meruit alijs ante poni nationibus. C. de iusti.codi.confir.l.j.cum sub tali imperio populi consequerent libertatem sub alijs sm virtutem.l.j.C. de offi. prefec.preto.affri.in auc. de here. et falci.in principio. Nam romani moribus et virtute: alij potentia dominabant. vnde regulariter hanibalis gesta qui pro penorū imperio in palestra stetit contra romanos nullus crudelior nullus fallacior fuit ut refert Augustinus tertio de ciuitate dei.c.xix. Nam contra pacis federa deleuit Sagūctum ciuitatem hispanie romano populo amicissimā: scrutent scipionis gesta romani principis hanibali aduersi nullus pudicus: nullus fidelis nullus ex armorū ministris magis sanctus fuit vnde hiberos sibi pudicicia iuuenis cōciliauit. Necesse erat ergo p tales principes populū ita sanctū ita deuotum ita pudicū et piū orbi vniuerso merito principari sub quo subditi libertates assequerentur et iugū excuterent seruitutis.

Vid igit romanis obijcitur in predictis in casuz qd fuit imperiū apud syrios hoc pfecto negatur. Nam nullus orbis terrarū mediam partez obtinuit romanis exceptis qui vniuersum orbem obtinuerunt vel saltem orbis partē maiorē qd sufficit ut infra et si nō totum nacti fuissent. Nam ninus et si asiam totam obtinuit perempto zoroaste magico iudeam habere non potuit nec ceteras mūdi plagas. vnde imperiū non habuit licet habere tentauerit: quia qñ plura requirunt ad consecutionez certi iuris nō sufficit aliqua nācisci ut ius illud quesitū dicat nisi oia q̄s nactus sit. C. de rei vendi.l.quotiens. nec Daniel.ij. dicitur imperiū vniuersale fuisse apud syricos sz ipse dixit designando totuz pro parte alias ipse mendax esset qz nō habuit nabuchodonosor imperiū totū orbis sz partē igit ut dixi Daniel verba debēt intelligi. Obijcitur etiā q alteri quesita iam iure gentiū non licuit iure diuio vl naturali vel gentiū occupare romanos nec diffiteor. Nullus tñ adhuc vniuersale occupauerat imperium. vnde iuste apprehensiōe romani poterant illud suū iure gentiū facere.l. qui eni de acquir. re.do. et licet nācti fuerent imperium: nō tamen particularia dn̄ia a possidentibus pdebant qz dn̄ia particularia nō sunt imperatoris nisi quo ad ptectionē. C. de pei. impe.offe.l.quotiēs. Preterea ut dixi romani potius fuerūt defensores vel si offensores fuerūt iudicio dei et iuste ut supra ostendi in vltimis cōfirmationibus. vñ iuste nacti sunt orbis dominiuz cū essent deo volente iusti inuasores quos neq iuste ppulsare licebat C. de his qui ad eccle.cōfu.l.si seruus. et licet nō cēnt romani xpicole iuste tñ obtinuerūt: quia nōdum lux illa erat in mūdo sz demū patuit Joh.p̄mo.c. vñ post lucē ipsam fidē nō esset de oībus xpi esse nō posset fadeorū ipator.xxiij.q.viij. cōuenior. an vō xpz et gētiles dn̄mō alias ētuosus eē poterat ipator. et si negas fuisse

romanos virtuosos ⁊ sic nobiles: ego inficior. Nam
licet forte romulus quod tamē non credo vel alij primi
construentes vrbem non essent sequentes fuerūt vir-
tuosissimi a quibus saltem incepit virtutis gradus ⁊
nobilitatis. Et licet forte aliqui forent mali ⁊ essent mul-
ti: populus tamen de se pro parte maiori plus felix ⁊
clemens erat ut supra confirmando dixi: vnde propter
malos vbi etiam boni sunt non licet propterea vrbem ro-
mam abijcere: sicut nec propter malos pisces licet retia
dei rumpere. ij. q. j. multi. cum similib⁹. vnde si consi-
derantur optime romanorum iura proxime relata pro
fecto non fuerunt inuasores alienj iuris ⁊ bellorum nū
ciatores sed defensores ⁊ defendendo orbis dominiū
acquisitores: ⁊ cum inuasores fuerunt iusti erant of-
fensores maxime iulius cesar: quem sinis plurib⁹ epi-
stolis inuenio fuisse pacis patrie optime zelatorem.
Nec refert quid Cicero senserit de cesare cum perra-
ro de hoste bene sentiat hostis eius. Item est cesar au-
gustus qui primū vniuersum orbis imperium nact⁹
est. Nam post mortem cesaris antonio ⁊ multis de
imperio obtinendo decertantibus nulli fauit senten-
tia senatus ⁊ populi romani: nisi ipsi octauio: qui iu-
ste populi decreto orbis habuit dominium in ipsum
omnis iurisditio est translata. l. j. §. cum autem. C. de
vete. iure enucle. ⁊ resistentes ei iniuste resistebāt: cū
illi contra: ipse sm̄ sniam romani populi pugnaret: ⁊
si heres legitim⁹ ac filius imperatoris romani: ut in
vltimis confirmationibus ostendi: vnde merito ⁊ iu-
ste ipse obtinuit: ⁊ ceteri debellati sunt. Taceant igi-
tur detrahentes romano imperio: ut intelligant profū
dissimis dei iudicijs illud fuisse firmatum. Cognos-
cant q̄ cuncti q̄ qui imperatori resistit dei ordina-
tiōi resistit. xj. q. iij. qui resistit: ipsosq̄ profecto negā-
tes cesarem non esse dominum vniuersi ⁊ monarchi-
am suam non esse vtilem mundo ⁊ necessariam: nem-
pe iudico hereticos ⁊ insanos cum peccatum ariolan-
dum sit repugnare. i. nō obedire ⁊ scel⁹ idolatrie nol-
le acq̄escer. s. princip. xxxij. di. §. porro cū necesse sit mū-
dum regi p vnum. xxxiij. q. v. hec imago. ⁊ reipublice
necesse sit p vnū consuli. l. ij. §. nouissime. de ori. iur.
Et q̄ iuste apud romanos sit vltra ante dictas rōnes
sunt tex. xij. q. j. futuram ecclesiā. ij. q. vij. beati petrus
⁊ paulus. ⁊ in. l. j. C. de iusti. co. confir. illud Hierony-
mi dicentis virtutibus romani meruerūt imperium
xxviij. q. j. §. ex his. Item cū dicit. Item q̄r ⁊ si totus
orbis pars eius tamen maior sub ipso fuit vnde q̄ or-
bis pars maior fecit pro bono cōmuni nō p bono prin-
cipaliter singulorum debet haberi ratum ceteris etiā re-
luctantib⁹. ff. ad munici. l. qd̄ maior. ff. quod cuiusq̄
vniuer. no. l. nulli. ⁊ quod notat extra de cōsti. c. cum
omnis. sed orbis pars maior imperiū cōstituit apud
romam ⁊ Gayum cesarē ⁊ postea in augustum q̄ fuit
opus necessariū ⁊ pijssimum humano generi ergo iu-
ste fuit apud eos nō alios qui nunq̄ tale premiū nac-
ti sunt. l. deprecatio. ff. ad legem rodi. de iactu de qua
drien. pscrip. l. bene a zenone. ⁊ l. ij. §. siquis a princi-
pe. ⁊ §. merito. ne quid in loco publi. Et ideo sine cau-
sa princeps rem meam alteri dare potest. l. item si ver-
beratum. ff. de rei vend. l. titius. ff. de euic. Et quia or-
bis pars maior potuit sibi principem eligere. instit. de
iure na. §. sed qd̄ princip. C. de veteri iure enu. l. ij. §.
cum enim de orig. iur. l. ij. §. igitur. sicut de saulo dici-
tur q̄ populus ipsum regem cōstituit Regū. j. c. xviij.
q. j. moyses. xciij. di. legimus. facit. Lex hoc iure. de iu-
sticia ⁊ iure. Et quia sicut collegium eligit prelatum sibi
ut in. c. j. de elec. ita ⁊ populi regem. esset enī orbis alias
quasi monstrum habens plura capita de offi. ordi. c.

quanta. cum tamen reipublice intersit p vnum cōsuli
l. ij. §. nouissime. ff. de origi. iur. ideo sub cesare sunt
oēs nati. xj. q. j. §. hec. ⁊ ipse totius orbis obtinet mo-
narchiam. xij. q. ij. c. futuram ecclesiam. ⁊ merito quia
imperiū traditum est a celesti culmine. C. de vete. iur.
enucle. l. j. in principio. Imperatorē enī misit deus le-
gem animatā in terris: auc. de consuli. §. fi. col. iiij. Et
ideo deus de celo imperiū constituit ut difficultas le-
gem imponat ⁊ humano generi distribuat: in auc. de
fide instru. ⁊ ea. §. quia igit. col. vj. ⁊ sic cum a deo sit
imperium q̄r nō est potestas nisi a deo: de homi. c. pro
humani. §. j. li. vj. qui et resistit dei ordinatiōi resistit
xj. q. iij. qui resistit. Nam qui preceptum imperatoris
contemnit sibi ipsi iudicium acquirit ⁊ inter homines
penas luit ⁊ apud deum frontem non habebit. xj. q. j.
imperatores. Concludamus igit orbis imperium iuste
fuisse diuino iudicio apud romanos ⁊ apud Julium
cesarem ⁊ Gaium octauiū ⁊ reliquos successores vsq̄
in nostrum gloriosissimū Federicum.

Lucidauit satis ut arbi-
tror p me de⁹
romanorum de orbis imperio iura ma-
nifestissima preterq̄ his qui offuscha-
ri cupiūt inuidie nebulis. Nunc autē
ut finē huic primo libello sicut pollici-
tus sum concludam discutiendū censeo si apud bisan-
tinos sacra hec nunq̄ iura fuerint aut hodie sint vel
esse possint sine potius inuictissimos germanicos eē
dicendū est. Et dicerent profecto greci romanum impe-
rium fuisse ⁊ esse adhuc apud ipsos. Nam constanti-
nus gloriosissimus fauore beati siluestri ⁊ totius ec-
clesie sancte dei elargita vrbe ipsi matri ecclesie. xij. q.
j. c. futuram ecclesiam. ⁊ de elec. c. fundamenta militan-
tis ecclesie li. vj. sedem imperij constituit in bisantium
xcvj. di. palea constantinus quod renunciare non po-
tuisset in manibus pape vel alteri⁹ prefecti nec etiā ei⁹
successores sine licentia romani populi a quo recepit
imperij dignitatem. insti. de iur. na. §. sed qd̄ principi
⁊ l. j. §. cum autē de vete. iur. enucle. ar. l. legatus. ff. de
offi. presi. l. ij. §. ⁊ cum placuisset. de origi. iur. xvij. q. j.
consoldus. nō enī potest quis officium renūciare nisi
in manibus superioris a quo recepit dictis iuribus. si
ergo constantinus habuit ⁊ successores adhuc hodie
possunt dici habere. pro hoc videt tex. de ma. ⁊ obe. c.
solite. vbi papa scribendo enunciat constantinopoli-
tanum imperatorē ⁊ verba enunciatiua pape in suis
litteris probata quando super aliquo in quo suam inten-
tionem pontifex fundet sunt probata probant: ut in cle. j.
de proba. facit de priuil. si papa. li. vj. sed papa in decre-
tali solite fundabat intentū suū dicens: q̄ q̄uis cōstan-
tinopolitan⁹ esset imperator tamen debebat constan-
tinopolitanum patriarcham facere sedere in parte sini-
stra in scabello posito ad pedes suos. Ex quibus enū-
ciet eum imperatorē tali enarrationi ut plene probatio
ei standum est dicta clemen. j. de probatio. Et si est im-
perator constantinopolitanus ergo non alter vniuer-
salis erit vel esse potest cum talia iura nō nisi vni prin-
cipi dāda sint. vij. q. j. in apibus. licet de facto aliquā-
do duo fuerint ut ibi. his tamen nō obstantibus hec
summa veritas est q̄ imperium fuit iure apud constan-
tinum ⁊ successores grecos cesares vsq̄ ad quendam
successorem alium constantinum ⁊ leonem eius filiū
ut dictis iuribus deinceps vero non. Nam aduerten-
dum est q̄ imperator protector ⁊ adiutor est ecclesie ⁊
debet illam defendere: de electio. venerabilem. ⁊ exal-
tare papam debet. lxiij. distinctione tibi domino. et
tueri debet clerū. xcvj. di. c. fin. ⁊ miserabiles personas

xxiij.q.v. princeps.c.administratores. Item oportet sci-
re q cum ecclesia ipsa romana opprimeret ab astulfo
longobardorum rege ipsa ecclesia petiit patrocinium
⁊ auxilium a dicto Cōstantino tunc cesare et a leone
eius genito: ⁊ cum prestare patrociniū recusarent Ste-
phanus papa secundus natione romanus transtulit
imperium in germanos: de elect. venerabilē. de iure
iuran.cle.romani. ⁊ datum fuit imperiū primū Karo-
lo francorum regi ⁊ filio Pipinini: quem Zacharias pa-
pa ante prefecerat regem francie remoto Ludoico:
ut.xv.q.vi.alius. ⁊ hic karolus papiam obsedit ⁊ de-
sideriū impugnantē ecclesiam regem cepit: ut.lxiij.
di.adrianus. ⁊ facta fuit trāslatio talis: Anno dñi se-
ptingentesimo.lvi.sm Hoffre. uel sm alios septingen-
tesimo quinquagesimo quinto. que translatio cū fue-
rit iuridica amplius nō fuerūt imperatores greci sed
germanici qui electi legitimi demum sunt ab electori-
bus qui potestatē eligendi ab ecclesia susceperunt. i.
ab vniuersali collectione: dicto.c.venerabilē. ⁊ intel-
ligo modo eb ecclesia. i. ab vniuersali collectione fide-
liumq ecclesia. Nam solus papa nō disponeret uel con-
cederet alicui ius eligendi imperatorē secularē: cum
hanc potestatē habere nō reperiat. ⁊ licz text. in.c.ve-
nerabilē. dicat q electores habent a sede apostostoli-
ca ius eligendi intelligit mediate non imediate. Nā
respectu illo habito q sedes apostolica transtulit im-
periū in germanos: per hoc possunt dici electores ha-
bere a sede apostolica potestatē: imediate vero pote-
statē eligendi electoribus nō potest cōcedere: quia il-
lam nō habet. Et ideo papa non posset ipsos illos ele-
ctores priuare ⁊ ipsum imperatorē eligere: ut no. glo.
de re iudi. ad apostolice. li. vi. in glo. pe. Et q iusta fu-
erit talis translatio nō absoluta potest ostendi ratio-
nibus. Nam cum ipsi cesares teneant auxiliari eccle-
sie: si erant uel sint negligentes cōmittunt peccatū gra-
uissimū: cum negligētia in principe sit enorme pecca-
tum. xxiij.q.j. officij. Et ideo si moniti persistūt in ta-
li peccato ⁊ obstinatiōe: certe suspectā heresim incur-
runt. xl. dist. si papa. ⁊ qd ibi dicitur possessioq iuste
anathematizari. xxiij.q.v. administratores. Et hec om-
nia ipsis grecis facta fuerūt: sed cum nō propterea pro-
pter omnia ista se mouerint iuste remoueri a principa-
tu potuerūt: quia ex talibus peccatis ⁊ obstinationi-
bus: etiam posset ipse pontifex remoueri. xl. dis. si pa-
pa. quādo peccatū est tale q scandalizat totā ecclesiā
dei: ⁊ pōtifex ⁊ princeps in tali peccato obstinati: nec
moniti recipiunt a pontificatu remoueri queunt ita
remouit propter talia pisanū conciliū Gregoriū duode-
cimū ⁊ sanctū Constantiense conciliū Benedictū ab-
sertū pontificem duodecimū: ⁊ ipsū Gregoriū iterum
remouissent: nisi in sancta ipsa synodo viri si qd pten-
debat in apostolatu renunciasset ut renūciauit. facit
ad hec que dixi. s. in prima qōne in responsionibus
ad prima argumenta in nona responsiōe. vnde meri-
to greci negligētes fuerunt priuati pro hoc: quia im-
periū nō debet esse extra ecclesiā nostram. xxiij.q.vij.
cōuenior. j.q.j. §. sed istud. ⁊ ff. de excu. tu. l. spadonē.
§. iam aūt. ⁊ ibi not. glo. ⁊ l. fi. C. de iudi. ⁊ in auc. ius
iurandū quod presta. ab his. in prin. ⁊ §. j. col. vi. et in
proemio institu. in prin. licz olim ante aduentum xpi
foret se ius generaliter in fi. ff. de ita not. glo. in dicta
l. fi. C. de iude. sz greci sunt extra ecclesiā nostrā. Nam
sūt scismatici ⁊ sic hētici. xxiij.q.j. in sūma. vñ eis nō
pōt imperiū iuste cōpetere: sed est ex tali translatione
apud germanos qui vere sunt germani fine nobiles-
xxxiij. di. c. quorum dam. quius hodie greci ab obsti-
natiane remoti summum romanū pontificem cogno-

scant ⁊ eius adhereant vnitati remoto scismate in quo
dicebant pontificatum esse apud constantinopolita-
num episcopum: vt no. xxij. di. renouantes: ⁊ nostrum
regem romanorum federicum in principem recogno-
scunt: vnde largo nomine grecorum dicitur impera-
tor: ut no. glo. de elec. venerabilem. ⁊ sic respondent
ad. c. solite. Et q imperium sit apud germanos. i. theu-
tonicos. est tex. de consecra. di. v. c. in die. Et si est q ē
apud theutonicos iuste hodie est apud pijssimū no-
strum monarchiam gloriosissimum federicum: qui
canonice nemine discrepante electus est: ⁊ ab his prin-
cipibus qui de iure ⁊ consuetudine potestatem eligē-
di receperunt: de elec. c. venerabilem. ⁊ merito elect⁹
est: quia vir ⁊ princeps est sanctus ⁊ optimus q ei⁹
actiones ostendunt: nam pro reparatione status ec-
clesie sancte dei concilium conuocari fecit pro sustulē-
do sacrilego scismate de dei ecclesia ipsa apud constā-
tiam prouincie maguntine: que charitas alteri princi-
pi non contingit: ⁊ tamen ipsum scisma horrendum
xl. fere annis viguit in christi ecclesia sponsa predicta
⁊ tandem annuente deo ⁊ fauentibus sanctis oratio-
nibus sacratissimi augusti qui non parcēs laborib⁹
vel impense per omnis christianorum climata pagrauit
i italiam primum deinde in galliam aragoniam atq
angliam: ⁊ primum in germaniā illiricam ⁊ vngari-
am sublatum est ipsum horridum scisma renuncia-
tione gregorij ⁊ carceratione iohannis. xxiij. di. quē
sancta synodus condemnauit ⁊ deposuit ⁊ in carce-
rem trudit: lz postea ad cardinalatus officium p marti-
num quintū restitutus extiterit in ciuitate flor. ⁊ dā-
natione bñdicti. xxij. al. xiij. cum orbis oīs obediētiā
sustulit ⁊ ipse in mari apud paruisculū opidum inius-
stissimum aragonie se reclusit ⁊ ibidem defunctus est:
⁊ a synodo sancta pfata elect⁹ extitit sanctissime vite
vir prosapie nobilissime de colūna natione: et ex ba-
ronibus vrbis dominus martinus romanus: cui re-
ligiosissimus cesar ⁊ orbis vniuersus vt vero aposto-
lico obedientiam prebuit q īperiū nō sit apud grecos
sed ī germanos: no. ⁊ tz glo. vij. q. j. in apib⁹: ⁊ lz papa
cum enūciat imperatorē: de maio. ⁊ obe. solite. illud
dz ītelligi q fuit antequam fuisset fcā translatio in germa-
nos: aut si tenes q post fuerit dicas q cū illa enūcia-
tio fiat ibi a papa de facto alieno: potest tamen pro-
bari contrarium: ut nota. in dicta clemen. j. de pro-
batio. immo sm aliquos ibi non facit probationem
nec transit onus probandi in aduersarium: nisi fiat
motu proprio ipsius pontificis: vl dicas q enuncia-
tio pape etiam super eo super quo fundāt intentio-
nem non facit probationem quando iura canonica
aliud contra disponunt eius quod enunciatum est:
sed sunt ad concordiam iura contraria reducenda: ut
intelligatur q de facto nominatur imperator in dicō
c. solite. non de iure: cum de iure imperium non sit
apud grecos. dicto. c. venerabilem. Uel dicas q lar-
go modo dicitur imperator: vt notat glo. in dicto. c.
venerabilem. in verbo in germanos. vel dic: ⁊ hoc vi-
detur verius ⁊ magis notabile q tunc enunciatiua
verba pape disponunt vl probationē inducunt quā-
do emanat circa id quod pontifex principaliter pos-
set disponendo facere et inducere: ut si enūciat circa
spiritualia vel ecclesiastica. Si autem enunciatio es-
set facta circa id quod papa sua dispositione non pos-
set principaliter inducere vel disponere: ut circa me-
re temporalia ipsi non subiecta: de iudici. c. nouit
tunc talis enunciatio. Et si esset talis vbi pontifex fū-
daret intentionē suā nullā dispositionē nec pbatōem
iduceret inter nō subditos pontifici. Nā si non pōt

sua principali dispositione de nõ sibi subiectis dispo nere de foro cõpe.c.licet ex suscepto. ⁊ õ iudi.c.nouit multo minus sua enũciatione disponet vel ꝓbationẽ inducet sed disponere de iure imperij secularis non spectat ad pontificem nisi in subsidiũ ut dictis iurib⁹ ergo nec enunciãdo de ipso quicꝗ disponit. Et ideo dixi in questione iam de facto cum papa concessisset dñis quibusdam in temporalib⁹ facultatez exigendi septuaginta milia ducatorũ a clero suo eo quis dice bat in dictis ꝓuilegijs illos dominos temporales ꝓ ecclesia eẽ obligatos illustri comiti Guidantonio co mitis montis feretri in dictis septuaginta milib⁹ du catorũ ꝙ ex talibus verbis ꝑ pontificem enũciatis ꝓ batur obligatio ꝙ dicti domini temporales essent ob ligati ad dictam quantitatẽ dicto illustri comiti iuri bus ⁊ rationibus ante dictis. Et qꝛ vbi nõ potest con sensus disponere ibi nihil operaẗ confessio ut est tex. in.c.sup eo.de eo qui cognouit cõsangui.vxo.sue.ad hoc quod scribiẗ in.l.si forte.ff.de castre.pe. ⁊.l.si do natione.C.de collationib⁹.sic ĩ nostro casu cum enũ ciat illũ imperatorez qui nõ ẽ.ex hoc nulla probatio vel dispositio sequiẗ. Concludamus igiẗ romanum imperiũ iuste eẽ apud germanos ⁊ ꝑ ꝯsequẽs apud nostrum monarcham iustissimũ Federicum cuius vota deus etern⁹ prospere feliciter ⁊ ꝑpetuo secũdet.

Finit tractatus de potestate imꝑatoris ac pape: ⁊ an apud papam sit potestas vtriusꝗ gladij: ⁊ de ma teria conciliorꝫ qui appellaẗ monarchia editus ꝑ ex cellentissimũ vtriusꝗ iuris doctorem dominũ Anto niũ de rosellis de aretio. Impensisꝗ ⁊ arte Hermãni Lichtenstein Coloniẽsis ẽ impressum anno salutis millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo Noñ.caleñ. Julij Venetijs.

Registrum chartaꝝ

a
prima dimidia alba
In hoc libro
facit ⁊ alia rõ
do bene disposito
firmanẗ hoc

b
vel quia sit notoriũ
proprijs debet hec
tanꝗ dei minister
antiquitatis

c
dixi ergo
peccata ⁊c.
pa alias esset
xj.c.probaẗ

d
tem pape:
nec essent numerandi
legarent nec
si electio potest

e
⁊.ij.ad corintheos
gelicam: de qua
prout quis errat
ctione aut quolibet

f
surgunt contra eum
⁊ erit perplexitas
Unde videẗ
epus de preben.

g
coꝝ nollet cõgregare
supponaẗ quo casu
vnus a principio
c.achatius

h
cõciliũ sit opus
nõ est iudex
li.vj. Item ⁊
iura predicta

i
vt habeẗ actuũ.xv.
c.dedit.⁊ qñ
quare auctoritas
est tñ ꝙ nõ possit

k
supradictis responsio
que stricto modo
re vel disponere
diuinũ ut in oibus

l
li.vj. Nam fateor
de rescriptis.
Ex his ergo cõcludiẗ
moniũ contractũ

m
possit conciliũ absoluẽ
timus vere vel ficte
talibus epus dispensat
ista dicta. Itẽ dubitaẗ

n
constitutũ in sacris
cle.generalẽ
iura positiua
sus orbis est vnũ q̃d

o
cuius sniam
cõiectura diuine
vniuersus orbis

Operis p̄sētis de potestate pontificis maximi romanorūq; imperatoris quod monarchia inscribitur ut longe inquisitionis labor absit ordinare sequentem volumus tabulaȝ: in qua oīa sūmatim sūt posita cū suis dubijs precipuis. Per principium nempe medium vel finem singularū columnarū: quarū sunt quattuor charte cuiuslibet numero signate in fronte omnia ad loca sua sunt remissa.

idic
niti
ctū. ff.
ba. leg. ₇ bn
d aduerte q̄ te

Finis tabule.



11847336 2

ub die ... est diabolum
...

p. i
... ba
... bea
il. ... ipsemet bani
i c ... nō recipit restric
alleg. ... de ... in pn. ff. de ...
g. ... de corpore ... i. l. si qs in g
quoqz ... ibi bal. ff. ad silla. ... i sua so
i sui. C. nota. Tertio limita in casib' ...
... in iudicio ... ... vic cert
... ipetrare ... fine ... c. ...
... legatū. ff. de ... facit qd no. bal. i. l.
... ciba. leg. ... de plumbino in. l.
cā. Sed aduerte ... in. l. ... ff. de b
... in iudicio pōt petere bonoz pos. ...

